

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium a cura Roman. Pontificis omnium Ecclesiarum preteritum quae eius temporali dominio subiecta sunt.

IN excelsa Sedis Apostolicae specula, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, per ineffabilem illius, cujus est terra, & plenitudo ejus, clementiam constituti, levamus jugiter in circuitu Agri Domini mentis nostrae oculos, pervigili more Pastoris inspecturi, quid Provinciarum, & locorum quorumlibet statui conveniat, quidque operis ad promovendum ubique spirituale Christianorum bonum impendi debeat. Dignum vero Pontificia nostra sollicitudine in primis arbitramur, & justum, ut ad ea, quae Ecclesiarum quarumcumque decorem, & amplitudinem, Divinique cultus incrementum respiciunt: quaeque simul Oppidorum illustrium, ac eorum praefertim, quae Romani Pontificis etiam temporali dominio subiecta sunt, splendidiore ornameto conducere, & Populis erga Nos, eandemque Sedem fide, ac devotione praestantibus peculiarem consolationem asserere possunt, studia, curaque nostras libenter convertamus, nostrique Pastoralis Officii partes propensa charitate, desuper interponamus, prout pia eorumdem populorum vota postulant, & Nos, matura adhibita consultatione, cognoscimus in Domino salubriter expedire.

Causa praesentis erectionis praedicti Oppidi laudat.

§.1. Cum itaque, sicuti pro parte dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum secularis, & Collegiate Ecclesiae Sancti Bartholomaei, necnon Universitatis, & Populi Oppidi nostri Pontis Curvi Aquinatis Diocesis in Provincia Romana, nuper expositum Nobis fuit, idem Oppidum inter alia illarum partium insigne, & antiquitatis gloria percelebre, quippe quod ex ruinis veterum Fregellarum (clara olim in Latio Urbis) fuisse conditum existimatur, conspicua habitatorum, incolarumque multitudine, benedicente Domino, refertum existat: ac septem Parochialibus Ecclesiis, quarum tres sunt Collegiate congruo Canonicorum numero instructae, pluribus diversorum Ordinum Virorum, atque Mulierum Coenobiis, quatuor Confraternitatibus Laicorum, duobus Hospitalibus, Monte Pietatis pro subsidio Pauperum, Commenda Equitum Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani, multis nobilibus aedificiis, & non paucis familiaribus honestissimis decoretur, ac ultra Pagum Sanctae Olivae nuncupatum sibi suppositum, amplum, atque fructiferum habeat territorium, quod ad triginta circiter milliaria protenditur; retroactis vero temporibus plures in lucem eiderit Sacros Praefules, & alios vita sanctimoniam, optimarum disciplinarum cultu, & militari etiam laude illustres viros, adeoque a Romanis Pontificibus Praedecessoribus Nostris non specialibus modo gratis, & beneficiis ornari, sed Civitatis quoque titulo aliquando appellari meruit: Praeterea, cum Episcopi Aquinates ob Coeli insalubritatem, & Domus Episcopalis defectum, apud suam Cathedralium Ecclesiam, quae ceteroquin unum Archipresbyterum cum sex tantum Canonicis habet, residere non possint, ab antiquo tempore jugiter in antedicto Oppido Pontis Curvi resident, & in memorata Ecclesia Sancti Bartholomaei nobilis, & amplae structure, ubi Ar-

chipresbyter, qui est unica Dignitas, Canonicus Theologus, & decem alii adsunt Canonici, Divinis Officiis more Cathedralium inservientes, Cathedraliam fixam tenere, Sacra Olea conficere, Ordines, & Functiones Pontificales, quae ex Tridentini Concilii praescripto in Cathedralibus Ecclesiis peragi debent, decenter exercere ab antiquo etiam tempore consueverint: In eadem insuper Collegiata Ecclesia honorifice aservetur, & peculiari fidelium veneratione colatur Sacrum Corpus Sancti Grimoaldi Confessoris, ipsius Ecclesiae olim Archipresbyteri, & Concivis, cujus nomen in Martyrologio Romano descriptum est: Ad haec in praefato Oppido speciosum extet Episcopium a Moderno Episcopo propriis sumptibus cum Curia, & Archivio constructum, ubi Episcopus, & illius Vicarius in spiritualibus generalis habitare possunt, & solent; eidemque Palatio juncta conspiciantur duo satis ampla aedificia, quorum alterum pro Monte Pietatis destinatum est, alterum vero usui Seminarium inservit, in quo plures Alumni ex universa Diocesi delecti, & Convictores etiam non pauci probe educantur, & ab idoneis Praeceptoribus iis accurate instituuntur disciplinis, quas Tridentinum Concilium in Seminario Ecclesiasticis tradi mandat.

§.2. Ac propterea Capitulum, & Canonici, Universitas, & Populus Antedicti Oppidi Pontis, & Collegiatae Ecclesiae Sancti Bartholomaei hujusmodi dignioribus titulis augeri summo opere exoptent, nobisque humiliter supplicaverint, ut dictum Oppidum in Civitatem, & dictam Collegiatae Ecclesiam in Cathedralium erigere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur praemissorum omnium, & singulorum plenam, certamque notitiam habentes, & Capitulum, Canonicis, Universitati, & Populo praedictis, quos ob spectatum in Nos, ac Sanctam Sedem devotionem, & fidem paterna charitate diligimus, specialem gratiam facere, necnon Venerabilem Fratrem Josephum Modernum Episcopum Aquinatem, dictumque Oppidum promerita, & signanter quod ibidem Palatium Episcopale, ut praefertur, ac Seminarium, & Montem Pietatis, novamque etiam Cathedralium Aquini, loco veteris collapsae (quam in minoribus constituti jam collapsentem propriis oculis dolenter inspeximus) aedificia curaverit, ac insuper Episcopalis Mensae proventus multipliciter auxerit, Archiepiscopi Tyanensis titulo nuperime insignivimus, benigno, & grato favore prosequi volentes, omnibusque, & singulis praemissis Nobis, ut praefertur, expositis, pro verificatis, & justificatis habentes, Motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, Oppidum praefatum in Civitatem Pontis Curvi deinceps nuncupandam cum omnibus juribus, praerogativis, honoribus, & praemiis, quibus aliae Civitates, earumque Civitates utuntur, potiuntur, & gaudent, ut uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum: Et secularem Collegiatae Ecclesiam Sancti Bartholomaei hujusmodi in Cathedralium sub eadem invocatione, & in ea Sedem Episcopalem pro Episcopo Aquini, & Pontis Curvi, seu Fregellarum conjunctim etiam nuncupando, qui in illa, & Civitate praedicta omnia, & singula, quae Ordinis, & jurisdictionis, ac cujus-

Preces Capituli d. Oppidi pro erectione praefata.

Erigitur praedictum Oppidum in Civitatem, & Collegiatae Ecclesiae in Cathedralium: quae Sedi Apostolicae immmediate subijciuntur.

cumque alterius muneris Episcopalis sunt, exerceat: necnon cum omnibus, & singulis privilegiis, immunitatibus, indultis, & gratiis, quibus aliae Cathedrales Ecclesiae, earumque Praefules de jure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ad Omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac ipsius Sancti Bartholomaei honorem, & Christianorum devotionis augmentum, tenore praesentium perpetuo erigimus, & institui-mus, illaque sic erectas, & institutas, necnon Episcopum pro tempore existentem, ac ipsius Ecclesiae Capitulum, Sedi Apostolicae immediate etiam perpetuo subijcimus, & sub peculiari Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum protectione suscipimus.

Ecclesia praedicta in Cathedralium erecta Ecclesiae Aquinatis unitur cum quibusdam ordinationibus de Episcopali vacante.

§.4. Praeterea motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus Cathedralium Ecclesiam Sancti Bartholomaei Pontis Curvi hujusmodi antiquae Cathedralium Ecclesiae Aquinatis, aequae principaliter perpetuo unimus, itaut in posterum eadem Ecclesia Sancti Bartholomaei Pontis Curvi Cathedralium cum Ecclesia Aquinate sit, ac esse debeat, & Episcopus pro tempore existens, Episcopus Aquinas, & Pontis Curvi, seu Fregellanus conjunctim esse, & nominari debeat, necnon in actibus Consistorialibus, ac in Literis Apostolicis super promotione novi Episcopi ad praedictas Aquinatem, & Pontis Curvi, seu Fregellarum, ut Concathedralium ejusdem Ecclesiae Aquinatis: conditione tamen adiecta, quod veniente Sedi Episcopalis vacatione Capitulum Ecclesiae Aquinatis, uti antiquum, inconsulto, & minime audito Capitulo dicte Cathedralium Ecclesiae Pontis Curvi, seu Fregellanae, ad electionem Vicarii Capitularis procedere valeat, & qui ab eodem Capitulo Aquinate electus, & deputatus fuerit Vicarius Capitularis, suam jurisdictionem etiam in Ecclesia Pontis Curvi, seu Fregellana, ut haecenus consuevit exercere libere possit: ea plane ratione, quam nos observari decrevimus, atque mandavimus tam in electione Vicarii Capitularis, quam etiam in omnibus aliis actibus consimilem Concathedralitatem respicientibus, cum nuper Ecclesiam Setinam declaravimus Cathedralium, & unitam a fel. rec. Honorio Papa III. aequae principaliter Ecclesiae Terracineni, & quatenus post ejusmodi unionem Cathedralium esse desiisset, vel nunquam Cathedralium extitisset, eam denuo in Cathedralium ereximus, eidemque Terracineni Ecclesiae aequae principaliter in perpetuum univimus, quemadmodum in literis Apostolicis hoc eodem anno Incarnationis Dominicae 1725. tertio Kal. Maji a Nobis in simili forma sub plumbio desuper expeditis uberius continetur.

Promittitur Canonicis ejusdem Cathedralium concessio Rocchetti, & Capae magna.

§.5. Ceterum, cum expositum Nobis fuerit Archipresbyterum, & Canonicos Cathedralium Ecclesiae Aquinatis ex antiquo Apostolico Privilegio in omnibus Ecclesiasticis functionibus deservere solitos esse Rocchettum cum Cappa Magna: aequum vero, justumque arbitremur, ut inter illos, & Archipresbyterum, atque Canonicos Cathedralium Ecclesiae Pontis Curvi, seu Fregellanae praedictae nullum prorsus intercedat discrimen, sed utrique iidem omnino Canonicalibus indumentis utantur: ipsis moderatis, ac pro tempore existentibus Archipresbytero, & Canonicis ejusdem Ecclesiae Sancti Bar-

tholomaei Pontis Curvi, seu Fregellani, per alias nostras ab ipsis per Cancellariam, ut moris est, expediendas Literas Apostolicas benigne indulgebimus, ut Rocchettum, & Cappam Magnam eo prorsus modo, iisque temporibus, quibus praedicti Archipresbyter, & Canonici antiquae Cathedralium Ecclesiae Aquinatis ejusmodi indumenta gestare haecenus consueverunt, in eorum Ecclesia, quam in Capitulo, vel extra, ac in Processionibus, etiam Funeralibus, & aliis quibuscumque functionibus, postquam tamen Literas Nostras Indultis ejusmodi per Cancellariam, ut praefertur, expediendas obtinuerint, & non ante deservere possint, & valeant.

Clausula perculat.

§.6. Decernentes easdem praesentes literas semper, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel quolibet causa, quantumvis legitima, & Juridica, etiam ex eo, quod Capitulum, Archipresbyter, & Canonici dicte Ecclesiae Aquinatis, seu quicumque alii cujuscumque dignitatis, gradus, & praeminentiae sint, in praemissis omnibus, & singulis, & circa ea quomodolibet, & ex quavis causa, ratione, actione, vel occasione Jus, vel interesse habentes, seu habere pretendentes, illis non consenserint, aut ad id vocati, & auditi, & causa, propter quas eadem praesentes emanaverint adducta, verificata, ac justificata non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, vel intentionis nostrae, aut Jus, vel interesse habentium consensus, aut quolibet alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, & inexcogitabili, ac specificam, & individuum mentionem, ac expressionem requirente defectu, sive etiam ex eo, quod in praemissis, eorumque aliquo solemnitate, & quavis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite a Jure, vel facto, aut Statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu enormis, enormissimae, totalisque lesionis, aut quocumque colore, praetextu, ratione, vel causa, etiam in corpore Juris clausa, occasione, aliave causa, etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra, & aliis superius expressis nullibi appareret, nec alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in Jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos Juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, & terminos Juris, aut aliud quodcumque Juris, vel facti, aut gratiae, vel Justitiae remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu simili concessio, vel impetrato, aut emanato uti, seu se juvare in Judicio, vel extra, posse, neque ipsas praesentes sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Successores Nostris, Romanos Pontifices pro tempore existentes, & Sedem Apostolicam praedictam, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, & ex quibuslibet causis, & sub quibusvis verborum

tequam suffragia ex more servantur Vocalibus, sive Electoribus intimetur, reposito in Protocollo Provincia hoc ipso autographo nostro, Nobisque desuper monitis per autenticum Documentum presentis votius Definitorii subscriptione, ac sigillo firmatum de illius publicatione exactaque observantia sponsione: Et ita decernimus, precipimus, & mandamus, hoc, & omni alio meliori modo. Datum Roma 16. April. 1725. = G. Laurentius a Sapito Laurentio Minister Generalis = De mandato Reverendissimi Nostri in Christo Patris = F. Antonius a Mazaria Secretarius Generalis Ordinis.

Loco * Sigilli.

Preces Magistri Generalis

§.6. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ut literæ præsertim firmis subsistant, & in partibus executioni demandentur, & serventur exactius, idem Laurentius Minister Generalis illas Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communitari summopere desideret. Nos ipsius Laurentii Ministri Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: præsertim patentes Literas cum omnibus, & singulis in eis contentis, & expressis auctoritate Apostolica tenore presentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

Confirmatio relatarum Literarum.

Deputator Minister Provincialis, & Definitor d. Provincia.

§.7. Præterea ad hoc ut dicta Ternativa, sive distributio Officiorum suum fortiatum effectum eidem Provincie Siciliæ de idoneis Ministro Provinciali, & Definitore ex commisso Nobis divinitus dispensationis munere providere cupientes, ac de Dilectorum Filiorum Joannis a Messana Lectoris Jubilati, & actualis Definitoris, ac Leonardi pariter a Messana fide, prudentia doctrina, pietate, & religionis zelo plenam habentes in Domino fiduciam, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, prædictum Joannem in Ministrum Provinciale, ac Leonardum in Definitorem Provincie Siciliæ hujusmodi cum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, facultatibus auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis dicta auctoritate constituimus, & deputamus. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis postre, aliisque arbitrio nostro imponendis poenis omnibus, & singulis prædictæ Provincie Superioribus, Fratibus, & personis, cæterisque ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut supradictos Joannem, & Leonardum ad Officia eis respective per eandem præsentem demandata; illorumque liberum exercitium recipiant, & admittant, illosque recognoscant, eisque in omnibus, quæ ad officia prædicta pertinent, pareant, & obediant, favcanque, & assistant respective.

Præcipitur omnibus præstantia obedientia.

Clausula.

§.8. Ac decernentes ipsas præsentem literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & in tegros effectus sortiri, & obtinere, dictisque Joanni, & Leonardo,

ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia, plenissime fulcrigari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio quibuscumque obstantibus.

§.9. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, & Provincie, ac Conventuum prædictorum etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides adhibenda transmissis.

§.10. Volumus autem, earumdem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum, habeatur, quæ ipsi presentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXV. Junii MDCCXXV. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

LXXX.

Declaratur Ordo B.M.V. de Mercede Redempt. Capt. ut unus ex Ordinum Mendicantium.

Dat. 9. Julii 1725. An. 2.

De privilegiis hujus Ordinis vide Alex. VIII. Const. ed. 1690, Jul. 26, P. 1.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Æternus æterni Patris Filius Jesus Christus Redemptor noster, & pro Nobis a vetustate peccati servitutis jugo redimendis pretiosissimum Divini sui cruoris thesaurum in ara Crucis effundere, & captivam in Coelum nostram ducere dignatus captivitatem, quos ipse super tantæ suæ charitatis constituens opus præcipuo honore, & gloria coronatos in Cælis coronari voluit, & in terris, ut Mundus intelligeret operis dignitatem, eamque per condignam mercedis copiositatem prosequeretur in ipso: Hinc est, quod nos, qui tam amantissimi Redemptoris summa ejus sic disponente bonitate vices gerimus in eisdem terris ad promovendam hominum redemptionem, quo nostræ ex alto conceditur infirmitati suo assidue in corde nostro provocamur exemplo. Attendentes quod postquam plurimi Romani Pontifices Prædecessores nostri, in dilectos Filios Fratres Ordinis Beate Mariæ de

Procurantur.

Item ab Alexandro VIII. privilegia omnia aliorum Regularium.

de Mercede Redemptionis Captivorum nuncupata ob innumera pietatis incrementa, quæ eorumdem Fratrum opere, & sermone juxta eorum laudabile, & cælitus ad redimendos Captivos Fideles infidelibus misere inservientes emissum institutum effloebant, eaque admirati innumeras propemodum gratias, & privilegia, ex inexhausto Ecclesiæ thesauro provida Apostolica libertatis manu depromtas debite contulerant; Fratres prædicti opportuno gratiarum, & privilegiorum hujusmodi adjuti subsidio uberriores ad Redemptionem hujusmodi fecunditatem, Divinique nominis gloriam propagandam magis, magisque esse non desinunt in dies: æquum, quin debitum reputamus gratias, & privilegia hujusmodi non solum approbare, verum etiam approbata ex benignitate nostra ampliare, ut ampliatis sibi a nobis, & Sede Apostolica favoribus amplexiores militanti Ecclesiæ Dei Sponsæ referant triumphos.

A pluribus Romanis Pontificibus concessa sunt privilegia d. Ordini.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus alias, & postquam fel. record. Innocentius IV., Alexander IV., Paulus V., Gregorius XV., Urbanus VIII., aliique Romani Pontifices Prædecessores nostri insignem, & per B. Petrum Nolasco, Raymundum de Pennafort, & clar. mem. Jacobum Primum, dum viveret Aragoniæ Regem, quibus, & eorum cuilibet ipsamet Beatissima Virgo serena fronte se conspiciendam dedit, & acceptissimum sibi, & Unigenito Filio suo fore dixit si suum in honorem institueretur Ordo Religiosorum, quibus cura incumberet Captivos a Turcarum tyrannide liberandi fundatum, & Apostolica auctoritate approbatum Ordinem Fratrum Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum nuncupatum, cujus quidem Ordinis Fratres hujusmodi ex piissimo ejusdem eorum Ordinis Instituto non solum Mundi illecebras, eorumque propriam voluntatem abnegare, verum etiam pro Christianis Captivis sub-barbara Infidelium potestate gementibus, eosque ab hujusmodi dura servitute redimendis assidue in Domino elaborare, ac etiam pro unius Redemptione Captivi Paganorum captivitati se tradere, ac si opus fuerit mortem, & tormenta quælibet generosa, & constanti animo subire Altissimo devovent, & prostentur. Ad enutriendum tam laudabile prædicti Ordinis propositum, ac exhibendum debitum erga Ordinem ipsum eorum paterni amoris affectum, eundem Ordinem quampluribus laudibus, privilegiis, gratiis, & Indultis merito decoraverunt, ac insigniverunt, prout in Innocentii, Alexandri, Pauli, Gregorii, Urbani, aliorumque Prædecessorum prædictorum respective literis desuper expeditis plenius continetur.

§.2. Eiusdem recordationis Alexander Papa VIII. etiam Prædecessor noster, qui dum Cardinalatus honore fulgeret dicti Ordinis Protector Apostolica auctoritate deputatus exitit mature per eum perpenis gravissimis discrimenibus, & periculis, quæ ejusdem Ordinis Fratres, seu Religiosi in procuranda Captivorum Redemptione subire coguntur ad tam pium opus per eos eo alacris continuandum, & utilius exequendum prædicto Ordini, illisque Dominibus, & Regularibus locis sub illo comprehensis, necnon Magistro Generali pro tempore existenti, Definitoribus, & Procuratoribus Generalibus, Visitatori, Consultoribus, Assessori,

Superioribus, Provincialibus, & Conventualibus, aliisque cujuscumque nominis Officialibus, Superioribus, & Religiosis omnibus, & singulis in eo professis Fratibus pro tempore ad Captivos redimendos transmissis, & Capitulis Generalibus, Personis Regularibus, Novitiis, Conventis, Donatis, Oblatis, Ministris, Famulis, quibuscumque tam Officiariis, quam Domesticis, & eorum Domibus inservientibus, & cæteris dicti Ordinis, ac illius Domorum, & Regularium locorum personis quibuscumque pro tempore existentibus, necnon quibusvis aliis personis, ac Christianis illorum Ecclesiis, seu Capellis pro tempore visitantibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, præeminentiis, antelationibus, concessionibus, indultis, favoribus, Indulgentiis, aliisque prærogativis, & gratiis universis, & singulis, tam spiritualibus, quam temporalibus singulis Domibus, Conventibus, & aliis Regularibus locis, ac personis, tam Canonicorum, quam Clericorum Regularium ubique existentium Institutis, & non solum Ordinibus, Monasteriis, sed etiam Regularibus Mendicantium, & non Mendicantium tam pro redimendis Captivis, quam alias quomodolibet Ordini Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, illisque Domibus, Conventibus, & Fratibus, necnon omnibus, & quibuscumque Congregationibus Regularibus, & præcipue Clericorum Regularium Infirmitas Ministrantium, & Canonicorum Congregationis Sanctissimi Salvatoris Lateranensis, & Sancti Salvatoris de Bononia, ac etiam Sancti Ruffi Valentia, & Sanctæ Crucis Colimbria, Clericorum Regularium de Soma, & Pauperum Matris Dei, & Scholarum Piarum, ipsisque Monasticis Congregationibus, etiam Cassinensi, aliisque Monachis, & Monasteriis S. Benedicti, S. Hieronymi, Carmelitis Discalceatis, Conventui Beate Mariæ de Guadalupe, necnon Societati Jesu, ipsique Carthusiensium, Præmonstratensium, & Reformatorum Cisterciensium, Servitarum, Olivatorum Ordinibus, aliisque Familiis, & Societatibus Regularibus, Miliniis, Hospitalibus quibuscumque, & piis locis Regularibus, ac quibuscumque personis pro tempore existentibus prædictorum, & quorumlibet Ordinum Societatum, & Congregationum Regularium, per Sedem prædictam, ac quoscumque Romanos Pontifices, necnon ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & quosvis Sedis prædictæ Nuncios, vel etiam tam Apostolica prædicta, quam Ordinaria, & Regia, vel Imperiali auctoritatibus respective, aut alias quomodolibet quibuscumque verborum exprellionibus, & tenoribus in genere, vel in specie, ac particulariter tam per modum communicationis, & ampliationis, quam simplicis, & individue particularis, & specialis concessionis, ac etiam Motu proprio, & ex certa Scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam iteratis vicibus concessis, vel confirmatis, aut approbatis, & quibus illi tam in vita, quam in mortis articulo etiam circa peccatorum remissiones, & injunctarum poenitentiarum relaxationes, aut alias quomodolibet de jure, usu, aut privilegio, vel consuetudine quomodolibet uterentur, & gaudebant, ac uti, & gaudere poterant, quamvis illa essent specialis notæ digna, diffi-

tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & Decretis, etiam in eis de eisdem presentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, pro tempore factis, & concessis, ac faciendis, & concedendis comprehendendi, sed tanquam ad majus bonum tendentes, semper, & omnino ab illis excipi, & quoties illa emanabunt, toties in primum, & validissimum, ac eum in quo antea quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data quomodocumque eligenda concessas esse, & fore: Sicque & non aliter, in premissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, aut Vicelegatos, diutiusque Sedis Nuncios, aut alios quocumque quavis auctoritate, potestate, prerogativa, & privilegio fungentes, ac honore, & praeminentia fulgentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate in quocumque iudicio, & quacumque instantia iudicari, & definiri debere; & si secus super his a quocumque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

§.7. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque in contrarium praemissorum quomodolibet editis, vel edendis, etiam in Synodalibus, provincialibus, universalibusque Conciliis specialibus, vel generalibus, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac praedictarum Ecclesiarum, Aquinatis, & Pontis Curvi, seu Fregellarum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, slyis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis, eorumque Superioribus, & Personis, ac locis quibuscumque, etiam specificis, & expressis, ac individua mentione dignis, sub quibuscumque tenoribus, & formis ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam Motu pari, ac consistorialiter, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus, in contrarium praemissorum concessis, approbatis, confirmatis, & innovatis, etiam in eis caveatur expresse, quod illis per quascumque literas Apostolicas, etiam motu simili pro tempore concessas, & quascumque etiam derogatoriis derogatorias in se continentes derogari non possit, neque censetur eis derogatum; Quibus omnibus, & singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut quacumque alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & clausulas, etiam quantumvis pregnantas, pias, privilegias presentibus pro plene, & sufficienter ac de verbo ad verbum nihil penitus omisso, insertis, expressis, & specificatis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum omnium, & singulorum validissimum effectum hac vice dumtaxat latissime, & plenissime, & sufficienter, necnon specialiter, & expresse, motu, scientia, & potestatis plenitudine simulibus, harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

rum omnium, & singulorum validissimum effectum hac vice dumtaxat latissime, & plenissime, & sufficienter, necnon specialiter, & expresse, motu, scientia, & potestatis plenitudine simulibus, harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum erectionis, Institutionis, unionis, concessionis, indulti, praeccepti, Mandati, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Laterani anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo vigesimo quinto Nono Kalendas Julii Pontificatus Nostri Anno Secundo.

LXXIX.

Confirmantur quadam Literae Patentes Ministri Generalis Ordinis Minorum de Observantia, circa alternativam Officiorum Provinciae Siciliae ejusdem Ordinis, cum deputatione Provincialis, & Definitoris.

Sancio penalis.

Dat. 25. Jun. 1725. An. 2.

Consi. ed. 1745. Jun. 9. P. 2. confirmatum fuit aliud Decr. Ministri Gen. de bipartita alternativa officiorum Provinciae S. Saturnini ejusdem Ordinis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Pastoralis Officii Nobis divinitus commissi sollicitudo Nos admovet, ut paternam Religiosorum vitorum, qui spretis Mundi illecebris Altissimi obsequiis sese sub suavi arctioris vitae iugo devoverunt, curam gerentes, ea, quae tollendis animorum dissidiis, stabilendaque inter eos fraternam concordiam provide constituta effunduntur, quo firma semper, atque illibata persistant, Apostolice muniminis Nostri praesidio roboremus.

Exordium.

§.1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Laurentius a Sancto Laurentio Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod ipse in vim facultatis sibi a Nobis attributae in Provincia Siciliae dicti Ordinis Ternativam, sive Officiorum distributionem in tres partes, inter Fratres nempe Messanen., Catanen., & Paetensem. respective Conventuum ejusdem Provinciae per viginti septem annos servandam, quae pro prima vice a Fratribus Messanensibus inchoare debeat, decrevit per quasdam suas patentes Literas tenoris, qui sequitur, videlicet = Frater Laurentius a Sancto Laurentio Lector Jubilatus, Sacrae Congregationis Iudicis Consultor, Suprema, & Universalis Inquisitionis Qualificator, Examinator Cleri Romani, Sacri Montis Sion Esquardianus, & totius Ordinis Sancti Patris Nostri Francisci Minister Generalis, nostrae Observantiae Provinciae Siciliae salutem. Sanctissimus Dominus Noster Dominus Benedictus Papa XIII. Pacifico, tranquilloque Provinciarum omnium Cura nostra concedatur Regimini, unde fraterna concordia, & suavior, solidiorque in singulis Conventibus Regulari Discipline promotio pendere

Expositio facti

Literae patentes praed.

vere dignoscitur, per opportuna in dies remedia maxime vero per leges Justitiae distributivae, pro speciali suo erga Seraphicum Ordinem, vigilantia Pastoralis officio, proinde consulturus; Cum sedulo animadvertisset perantiquam istam, & olim florentissimam observantem Provinciam Siciliae, viginti septem Conventibus in praesentiarum instructam esse, quorum plerique ob exiguum Religiosorum in tota eadem Provincia numerum, magnamque Cellarum, & necessarium aliarum rerum angustiam, vix possunt qualitercumque manentem, ideoque praesentaneo Iustitiae distributivae remedio ad eorundem Instaurationem conaturalibus, certisque promovendam potissimum indigere: Propterea Nobis, ut opportunam iuxta modum infra explicandam, ferremus opem; sub die vigesima secunda mensis Martii nuper elapsi, necessarium omnem, atque idoneam contulit facultatem, cuius proinde vigore materia deliberatione perhabita ad infra scriptum Decretum desuper edendum devenimus.

Provincia Siciliae praed. in tres districtus dividitur.

Unicuique districtui proprii Conventus attribuantur.

§.2. Ac primo Provinciam ipsam totam, salva eius unitate, in tres districtus numero Conventuum sibi ferme coherentium pares commissa Nobis antedicta Pontificia facultate distinguimus, videlicet in Messanensem, Catanensem, & Paetensem, sic in posterum charitatis, atque Ordinis servandi gratia nuncupandos. Ad quorum primum novem hosce Conventus decernimus pertinere, nimirum: I. Sancta Maria Jesu Superioris, ut vocant, & II. Sancta Maria Jesu inferioris, utrumque in Messana Civitate; necnon III. Sanctae Catharinae Fortaliti, IV. Sanctissima Trinitatis Venetici, V. Sancta Maria Jesu Sancta Lucia, VI. Sancta Maria Jesu Castri Regalis, & VII. Sancti Antonii Bavelona, quibus aggregamus servandae equalitatis intuitu. VIII. Sancti Nicolai Cephaladii, & IX. Sancti Francisci Castri Lucii. Ad secundum vero, seu Catanensem districtum novem hosce alios: I. Sanctae Agathae veteris in Urbe Catana, II. Sancti Blasii Terra Aci, III. Sancti Antonii Abbatis Paternionis, IV. Sancta Maria Jesu Randatii, & VII. Sancta Maria Jesu Taormonensis quibus aggregatos pariter volumus. VIII. Sanctae Mariae Jesu Laupatii, & IX. Sancti Antonii Martyris Castri Boni. Similiter ad tertium in ordine districtum, seu Paetensem, vulgo dictum della Costa, sequentes novem alios pertinere decernimus. I. Sancti Antonii Civitatis Paetaven., II. Sancti Antonii Montis Albani, III. Sancta Maria Jesu Terra Sancti Petri, IV. Sanctissima Annunciatio Racudica, V. Sancti Francisci Sancti Angeli, VI. Sancti Francisci Pilaiani, VII. Sancta Maria Jesu Ficazza, VIII. Sancta Maria Jesu Nafi, & IX. Sanctissima Annunciatio Galatensis, atque ita distinctos, & coordinatos tres huiusmodi districtus pro tempore infra declarando haberi volumus, & jubemus.

Decernunt praed. ternativa, seu officiorum distributionem in tres partes.

§.3. Eadem deinde auctoritate sancimus, ut in Provinciali Capitulo proxime celebrando, Minister, & unus Definitor ex Primo, seu Messanensi Districtu; Custos vero, & unus item Definitor ex secundo, seu Catanensi; Duo autem reliqui Definitores ex tertio, seu Paetensi districtu sint assumendi per totum Capitulum Triennium ex more, ac regulariter duraturi. In Capitulo vero subsequenti Minister quidem, unusque Definitor ex secundo districtu Catanensi, Custos, & Definitor alius, ex tertio districtu Paetensi, duoque Definitores reliqui ex primo Messanensi. Pariterque in alio subsequente Capitulo, Minister, & unus Definitor ex tertio districtu Paetensi, Custos, aliusque Definitor ex Messanensi; reliqui vero bini Definitorum ex Catanensi Districtu assumi omnino de-

beant, & eo Tarno per tres Capitulares electiones, ut praefertur, absoluto, rursus a capite incipiendum sit, ut eodem ordine, eademque metodo Capitulares electiones peragantur, donec Tarnus istiusmodi per tres vices inchoetur, & absolvetur. Porro, si intra tenus ad id necessarium, quod viginti septem annorum cursum completi dignoscitur, fortasse contigerit Commissarium, Vicarium, seu quovis alio titulo Provinciale Superiorem quacumque de causa designandum, eligendum, sive instituendum esse, non ex alio districtu assumi ullatenus possit, quam ex eodem, unde Minister ejus Triennii iuxta Tarnum praememoratum assumptus fuit, sive assumi debeat. Quod etiam de Custode, si quando juxta Ordinis Constitutiones reeligendus in Capitulo ipso, vel extra Capitulum fuerit, observari decernimus, & declaramus. Eaque omnia sub electionum aliter factarum nullitate, absque declaratione alia, seu facti ipsius notitate inspecta, sancita, ac decreta esse intelligantur. Salvo ceteroqui in casu vacantia anius, vel plurium Definitorum, eo subrogationis jure, & ordine, quem idem Sanctissimus Dominus Noster Summus Pontifex in Constitutione, cujus initium Universalis Ecclesiae Regimini, non ita pridem edita, ut promulgata servari in posterum praecipit: sic videlicet in locum defuncti, seu quomodolibet vacantis Definitoris ille omnino subrogetur, cui subrogatio ex praedictae Constitutionis dispositione deferenda fuerit quovis districtu existerit.

Confalitur omnibus casibus pro dicta ternativa servanda.

§.4. Declaramus autem antevetenda. litis, & perplexitatis gratia, ad eum districtum praedictae Provinciae singulos Religiosos, tam praesentes, quam futuros pertinere, in quo natus quisque fuerit respectivo. In casu autem dubio, utrum locus nativitatis Religiosi alicujus ad Conventum primi, secundi, vel tertii districtus pertinere censendus sit, necnon in casu certo, quod Religiosus extra Provinciam confinatus ad nullum eorum nativitatis suae jure pertineat; liberum sit eidem, ad quem districtum aggregari maluerit, Patribus Definitorum, post praesentis Decreti publicationem, primo congregandis exponere, & declarare; nec amplius ei liceat semel factam districtus electionem quacumque de causa rescindere; sublata etiam Patribus Definitorum rescissionis, seu variationis huiusmodi facultate: salva tamen tam super hac re, quam super dubiis aliis, quae circa reliqua praesentis Decreti sancita fortassis emerissent declarandis nostrae, & pro tempore existentium Superiorum Generalium auctoritate.

Declaratur nonnulla averte de litis cogula.

§.5. Praecipimus ergo Apostolica eadem auctoritate suffulti vobis omnibus, & singulis Ministro, Custodi, Definitoribus, ceterisque Patribus, & Fratribus observantibus istius Provinciae nostrae Siciliae nunc & pro antedicto viginti septem annorum tempore existentibus, & existuris in virtute Spiritus Sancti, & sub electionum aliter factarum, seu faciendarum nullitate ipso facto, ut praemissis incurrenda, necnon sub privationis vocis activa, & passiva, perpetuaeque inhabilitatis ad Officia, & Praelaturas Ordinis, pariter ipso facto, aliisque Nostro, & Successorum Nostrorum arbitrio pro modo culpa insignendis penis, ut praesens Decretum quoad omnes ejus partes, ejusdemque seriem, continentiam, & tenorem tamquam filii obedientiae omnino, exacteque servetis, ac servari, & exequi respective satagatis. Mandantes propterea, max ubi vobis Definitorum Patribus, seu Ministro, vel Custodi presentatum fuerit, ut convocato Definitorio, primum deinde per totam Provinciam transmissis ejus exemplaribus publicetur, atque in singulis postea Capitulis, & Congregationibus, an-

Prescribitur omnibus praesentibus Decretis servandum.

Ejusque publicatio.

difficilis concessione, & quæ in generali concessione, non venient non solum per participationem, communionem, illarum extensionem, & ad aliorum instar, sed speciatim, & nominatim pariformiter, & æque principaliter in omnibus, & per omnia absque ulla prorsus differentia, perinde ac si illa dicto Ordine Beate Mariæ de Mercede, illiusque Capitulis Generalibus, Magistro Generali pro tempore existenti, illiusque Superioribus, & Personis prædictis specialiter, & expresse, & nominatim etiam per viam, & modum simplicis, & individue, ac particularis, & specialis concessione, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & de Apostolica potestate plenitudine, aut communicationis, & ampliationis concessa, quatenus tamen essent in usu, & non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa uti, & gaudere libere, & licite possenti, & valeret: Itaut omnes, & singuli dicti Ordinis Beate Mariæ de Mercede, & illius Domorum, Locorumque Regularium Superiorum, & Ministrum, quocumque nomine appellati, eosdem favores, gratias Apostolicas, & privilegia, quæ aliarum Religionum, Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis Jesu, Monasteriorum, Conventuum, Domorum, aut Locorum Regularium, & Familiarum generalium Superiorum, Præpositi, Prævinciales, Rectores, Priores, Conventuales, aut Claustrales, Visitatores, Guardiani, Custodes, & alio quocumque nomine, titulo, aut dignitate insigniti habebant similiter, ut supra, haberent Fratres, & Personæ Regularium dicti Ordinis Beate Mariæ de Mercede cum privilegiis, gratiis, & favoribus Apostolicis Ordinum, & Congregationum hujusmodi perpetuo secundum observantiam Regularium, & Canonicam Institutum dicti eorum Ordinis Beate Mariæ de Mercede regere, & gubernare, & respectu visitare valerent, neque dictus Ordo Beate Mariæ de Mercede super prædictis omnibus, & singulis a quoquam quavis auctoritate, vel nomine molestari, perturbari, inquietari, aut alias quomodolibet in iudicio, & extra impediri posset, Apostolica auctoritate perpetuo concesserit, & indulerit, prout in eisdem Alexandri VIII. Prædecessoris literis desuper in forma Brevis sub Annulo Piscatoris die 26. Mensis Julii Anni Domini millesimi sexcentissimi nonagesimi Pontificatus Sui Anno Primo expeditis plenius quoque continetur.

§.3. Et subinde felicis etiam record. Clemens Papa XI. pariter Prædecessor Noster eisdem Ordinis Beate Mariæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum Magistro, ac illius Procuratori Generalibus tunc, & pro tempore existentibus prædictis locum in Capella Pontificia Nostra, tunc sua, una cum aliis Ordinum Mendicantium Magistris, & Procuratoris Generalis, etiam perpetuo habere decreverit, & assignaverit, prout dicti Ordinis Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum hujusmodi Magister, & Procurator Generales habent de præfenti.

§.4. Hinc est, quod Nos Ordinem Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum hujusmodi, in quo vitæ Sanctimonia, Literarum scientia, & laudabilis erga proximos pietas semper floruerunt, & florescere non desinunt in dies, ac illius Fratres, qui per sollicitas eorum,

Fr a Clemens XI. idem Ordo alio honore decoratus.

Causæ præfentis Constitutionis.

actiosa vitæ partes illa in Agro militantis Ecclesiæ componunt Christianæ charitatis ferta quibus redimita triumphat Ecclesiæ: Paterna quoque nostra benevolentia prosequentes, attendentesque, quod licet Ordo Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum hujusmodi, illiusque Fratres prædicti ex præmissis sibi, ut præfertur, concessis, & indultis, tum quia non minus quam cæteri Fratres Mendicantes in excolenda Vineâ Domini assidue laborant, ac ingentes afferunt fructus, & ad procurandam semper copiosiorum Captivorum hujusmodi (qui ab eis usque nunc redempti ad septuaginta mille sexcentorum, & septuaginta novem, & forsitan ultra numerum ascendunt.) Redemptionem, ad consulendum dicti Ordinis Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Fratrum prædictorum longinquas Regiones pro redimendis Captivis ipsis aduentium manutentione, qui elemosynas, piæque Fidelium largitiones, & subventionem ab eisdem Fidelibus mendicare coguntur, ac quoties juxta ea, quæ Deo voverunt pro alicujus Captivi Redemptione se pro illo in servitutem tradunt, ac duro tribulationis pane, & amara angustia aqua sustentantur. Propterea Ordo Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum hujusmodi vere unus ex Ordinibus Mendicantium, illiusque Fratres vere mendicantes merito habendi sint, & haberi debeant, ac omnibus, & singulis privilegiis, gratiis, & indultis, quibus Mendicantium quatuor Ordines, illorumque Fratres utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, æque pariter uti, frui, potiri, & gaudere possint, ac etiam debeant. Cum tamen id aliquando, ac forsitan etiam ex eo, quod Ordo Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum hujusmodi bona stabilia ex ipsius Instituto, & Constitutionibus Apostolica auctoritate confirmatis possident, in dubium, seu controversiam, aliquam deduci, vel revocari posset:

§.5. Nos omnem, & quancumque ambiguitatem, & controversiam quandocumque, quomodocumque, & ex quovis capite, vel preteritu desuper orituram omnino, penitusque amputare volentes, necnon Fratres prædicti Ordinis Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum hujusmodi, eorumque singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium, tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, ac dicti Ordinis Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Institutum, Constitutionum, & dispositionum, necnon privilegiorum, immunitatum, indulgentiarum, & gratiarum Mendicantium Fratrum hujusmodi quomodolibet concessarum, ac literarum desuper confectarum tenores præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, & ex voto Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Decretorum Concilii Tridentini Interpretum Ordinem Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum hujusmodi, illiusque Magistrum Generalem, ac Fratres, illo-

illorumque singulas Personas vere, & non fecte Mendicantes fuisse, esse, & fore, & inter aliorum Fratrum, & Religiosorum Mendicantium Ordines, aliosque Fratres, & Religiosos Mendicantes (prout illos Nos connumeramus) connumerari debere, ac omnes, & singulas dispositiones in favorem Religiosorum, seu Fratrum Mendicantium hæstenus emanatas, etiam in Ordine Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum hujusmodi, illiusque Domibus, Conventibus, Magistro Generali, aliisque Religiosis locum habere, necnon omnia, & singula quæcumque, quotcumque, & quacumque sint, etiam speciali nota digna, privilegia, immunitates, exemptiones, facultates, concessiones, indulta, indulgentias, peccatorum remissiones, & gratias tam spirituales, quam temporales, literasque Apostolicas, etiam justitiam, sive mixtam concernentia, hæstenus per Nos, & quoscumque alios Romanos Pontifices tam Prædecessores, quam Successores Nostros, & denique Sedem Apostolicam prædictam, & illius Legatos de Latere, sive Nuncios, & quavis auctoritate fungentes, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, tam in genere, quam in specie, & tam communiter, & conjunctim, quam particulariter, & divisim, etiam per modum extensionis, seu communicationis, & alias quomodolibet quibusvis Ordinibus Fratrum, & Sororum Mendicantium quocumque nomine nuncupentur, illorumque Congregationibus, Conventibus, & Capitulis, ac utriusque sexus Personis, ac illorum Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, Hospitalibus, & aliis Pius Locis hæstenus concessa, & in posterum concedenda, quorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent pro expressis, & insertis haberi volumus, eidem Ordini Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum hujusmodi, illiusque Fratrum prædictis, ac omnibus illius Personis, ac Conventibus ubique terrarum sitis, ita quod Ordo Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum hujusmodi illiusque Fratres, & Personæ prædictæ omnibus, & singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, concessionibus, indultis, indulgentiis, remissionibus, gratiis, & literis eisdem Fratrum, & Sororum Mendicantium Ordinibus, Congregationibus, Conventibus, Capitulis, Personis, Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, Hospitalibus, & aliis Pius Locis, ut præfertur, hæstenus concessis, & in posterum concedendis, dummodo Instituto Ordinis Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum hujusmodi, illiusque Fratrum, seu Deputatorum Personarum hujusmodi voluntati, & beneplacito non refragentur, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite possint in omnibus, & per omnia, non solum ad illorum instar, sed pariformiter, & æque principaliter absque ulla prorsus differentia, perinde, ac si Ordini Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum hujusmodi, illiusque Fratrum, & Conventibus prædictis nominatim, & specialiter, ac generaliter concessa fuissent Apostolica auctoritate perpetuo sancimus, volumus, & declaramus, ac pariter concedimus, & indulgemus.

Classis paritulari, & amplissimæ.

§.6. Præfentes quoque Literas nullo unquam tempore per Nos, & Sedem prædictam revocari, aut limitari, vel illis derogari posse, neque

sub ulla similitum, vel dissimilium gratiarum, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus nunc, & pro tempore emanatis, & in posterum emanandis comprehendi, sed semper ab illis excipi, & quoties eas revocari, suspendi, limitari, vel eis derogari contigerit, toties in pristinum, & eum in quo antea quomodolibet erant statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, & denuo etiam sub quacumque posteriori data, per pro tempore existentes Ordinis Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum hujusmodi Magistrum Generalem, illiusque Fratres prædictos eligenda concessas esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, & ut perpetuo subsistant vim validi, & efficacis contractus inter Sedem Apostolicam prædictam, & dictum Ordinem Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum hujusmodi, illiusque Fratres Prædictos habere debere: sique, & non alias per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, necnon prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiiri debere: Et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, & inane decernimus.

§.7. Quo circa Dilecto Filio Nostro pro tempore existenti prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Ordinis Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum hujusmodi Protectori, ac Venerabilibus Fratribus Nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis etiam filiis eorum Vicariis in spiritualibus, aut Officialibus Generalibus, & Causarum Curie Camera Apostolicæ generali Auditori, necnon Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & Capitulis, ac aliis ad quos id quomodolibet spectat, & spectabit Motu simili per Apostolica scripta mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præfentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum pro tempore existentium Ordinis Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum hujusmodi Magistrum Generalem, illiusque Fratrum, vel alicujus eorum fuerint requisiti solemniter publicantes faciant eos præmissis omnibus, & singulis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos desuper per quoscumque quomodolibet indebite molestari, Contradiutores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimique super his habendis servatis tamen ad formam Decretorum Concilii hujusmodi processibus, sententias, censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus declarando, aggravando, reagravando, invocando etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.8. Non obstant. nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non expediendis Literis super indulgentiis ad instar, ac recol. mem. Bonifacii Papæ VIII. de una, & Concilii Generalis de duabus

Omnibus infra gatur executione prædictorum.

Derogatio quibusvis obstantibus.

bus Dietis, dummodo ultra tres Dietas quis vigore earumdem presentium ad iudicium non trahatur, ac Calisti III. Romanorum Pontificum, similiter Prædecessorum Nostrorum, quæ incipit super Gregem Dominicum, per quas Fratres Ordinis Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum huiusmodi ad Ordines Mendicantium transire prohibentur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis quibusvis Personis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, ac Nos, & Sedem prædictam etiam Motu scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusvis irritativis, annullativis, cassativis, revocativis, modificativis, præservativis, exceptivis, declarativis, attestativis, & derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, etiam si in eis caveatur expresse quod illis nullatenus derogari possit pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus, specialis, specifica, & expressa mentio habenda, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret eorum tenores præsentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore permanentibus hac vice dumtaxat specialiter, & expresse motu pari derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspensi, vel excommunicari non possit per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem.

§.9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, sanctionis, voluntatis, declarationis, concessionis, indulti, enlargementis, decreti, ac derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majori anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXV. Septimo Idus Julii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

LXXXI.

Confirmatur, & innovatur erectio Ecclesiæ Setinæ, in Cathedrali, ejuſdemque unio cum Ecclesiâ Terracinenſi,

Const. ed. 1725. Jun. 23. P. 2. erectum fuit Oppidum Montis Curvi in Civitatem ejuſque Collegiata in Cathedrali. Et Const. edit. 1728. Novemb. 15. P. 5. erigitur Terra Fubriani in Civitatem ejuſque Collegiata S. Venantii in Cathedrali.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Regis pacifici vices quamquam immeriti gerentes in terris inter cætera cordis nostri

Sanctio penal.

Dat. 16 Jul. 1725. An. 2.

Proemium.

desiderabilia, illud sinceris semper exoptamus affectibus, ut Personæ Ecclesiasticæ præsertim, Capitulis Cathedralium Ecclesiarum addictæ, Divinisque obsequiis famulantes vota sua in pacis amoenitate altissimo reddant, ac unanimes, & uno ore Deum glorificent. Quapropter si quæ pro litibus, & controversiis inter eas superfeminante zizania humani generis hoste exortis evellendis, pœnitentibus extirpandis alias concessimus, & indulgimus, illa ne in recidivæ contentiois vitium denuo prolabantur Apostolicæ nostræ confirmationis, declarationis, ac novæ concessionis munimine roboramus, ac alias desuper Pastoralis officii nostri partes, quantum nobis Divina dispositione conceditur sedulo impendimus, ut personæ ipsæ Ecclesiasticæ in pacis, & quietis dulcedine tranquillis mentibus gratum Altissimo impendere valeant famulatum.

§.1. Cum itaque Nos nuper per alias nostras literas sub Datum videlicet Laterani Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quinto Tertio Kalen. Maji Pontificatus nostri anno Primo expeditas Motu proprio nostro inter cætera declaraverimus Ecclesiâ Setinam Cathedrali extitisset, tam antequam eadem Ecclesia Setina a se. re. Honorio Papa III. Prædecessore nostro unita fuisset Ecclesiâ Terracinenſi, quam postquam eadem Ecclesia Setina a prædicto Honorio Prædecessore eisdem Ecclesiâ Terracinenſi unita fuerat, ac demum etiam si prædicta Ecclesia Setina nunquam Cathedralis extitisset, nihilominus eandem Ecclesiam Setinam de novo in Cathedrali erexerimus, eamque dictæ Ecclesiæ Terracinenſi æque principaliter perpetuo univimus, prout latius dictis literis continetur.

§.2. Cumque ex nonnullis supplicibus libellis Nobis porrectis nuper acceperimus modernos Capitulum, & Canonicos prædictæ Ecclesiæ Terracinenſis, alioque eis adhaerentes indebitè prætere literas prædictas de subreptionis, vel obreptionis vitio notari posse ex eo, quia prædicta Ecclesia Setina, ut ipsi afferunt nunquam Cathedralis extiterit, & in prædictis literis indebitè expressum fuerit, quod pro tempore existentes Episcopi in eadem Ecclesia Setina plerumque sacra olea conficere, aliasque functiones Episcopales exercere consueverint, ac nonnulla alia a Ven. Fratrem nostro moderno Episcopo Terracinen. & Setin. Nobis exposita viribus non subsistere, necnon omisum fuerit in prædictis literis etiam modernos, seu tunc existentes Capitulum, & Canonicos Seculares in insigni Collegiata Ecclesia Beate Mariæ Oppidi Civitatis nuncupati Piperni, liti, quæ in Causarum Palatii nostri Apostolici Auditorio pendebat inter Capitulum, & Canonicos Ecclesiarum Terracinenſis, & Setinæ per nos in eisdem literis extinctæ interfuisse, & adhesisse.

§.3. Nos inviolabili dictarum literarum subsistentiæ, firmitati, & validitati, quantum in Domino possumus consulere, ac literas prædictas sic, ut præfertur expeditas suum plenarium effectum obtinere, ac perpetuis futuris temporibus ab omnibus, & singulis personis tam Ecclesiasticis, quam Secularibus observari debere, ac nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio notari posse, volentes, motu simili, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, meraque deliberatione, nostris

Ab hoc Pontifice declaratum fuit Ecclesiâ Setinam esse Cathedrali & Ecclesiæ Terracinenſi unitam.

Causæ præsentis confirmationis.

Confirmatio erectionis d. Ecclesiæ in Cathedrali & uniois Ecclesiæ Terracinenſi, cum nonnullis declarationibus.

nostris firmis, & illis remanentibus avocatione causæ, extinctione litis, impositione silentii, gratiis, Indultis, Concessionibus, clausulis, & Decretis, omnibusque aliis, & singulis in dictis literis contentis, & expressis, ac quatenus opus sit, & causam huiusmodi de novo avocantes, ac penitus, & omnino extinguentes, ac perpetuum silentium super lite, & causâ prædictis, etiam de novo imponentes, literas prædictas sic ut præfertur expeditas, Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adicimus, omnesque, & singulos tam Juris, quam facti, ac quosvis alios, quantumvis substantiales defectus, etiam ex aliqua erronea expressione provenientes, si qui in præmissis, aut eorum aliquo quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dici, censei, vel pretendi possit tollimus, & abrogamus, ac supplementis, & sanamus, & eisdem modernis Capitulo, & Canonicis, ac personis quibuscumque, etiam Secularibus Ecclesiæ, & respective Civitatis, & Diocesis Terracinenſis huiusmodi, ac quibuslibet aliis personis cujuscumque alterius Civitatis loci, vel Diocesis etiam Ecclesiasticis, vel secularibus, perpetuum super præmissis, & infra scriptis omnibus silentium pariter imponimus, & pro majori tam prædictarum, quam presentium literarum nostrarum validitate, & subsistentia, dicimus, decernimus, & respective declaramus nostræ mentis, & intentionis fuisse delatari dictam Ecclesiam Setinam a prædicto Honorio Prædecessore unitam extitisse æque principali prædictæ Ecclesiæ Terracinenſi ob alias causas a prædicto Moderno Episcopo Terracinen. Nobis expressas nullo habito respectu ad unam, duas, vel plures functiones Sacrorum Oleorum in dicta Ecclesia Setina factas, aut ad unum, vel plura Sepulcra Episcoporum, que in eadem Ecclesia Setina reperiantur, in quorum aliquo aderat inscriptio, Episcoporum Terracinenſis, & Setinæ, aut quod ibidem Episcopi nunquam Olea Sacra consecissent.

Causæ prædictæ erectionis.

§.4. Denique certam notitiam habentes quod Episcopi Terracinenſes pro tempore existentes ob aeris insalubritatem Civitatis Terracinenſis apud eam aliquibus tantum Mensibus Hyemalibus residere possunt, ibique nec decens Palatium Episcopale, nec Carceres, nec Tribunal, minusque Seminarium reperitur, & eadem Civitas Terracinenſis vix ad bis mille animas ascendit; quapropter Episcopi ab antiquissimo tempore in Civitate Setina remunerunt Curiam, Cancellariam Episcopalem, Tribunal, Carceres, Cathedrali fixam, quamvis ligneam, decens Palatium & Seminarium, & ab antiquissimo etiam tempore majori anni parte in Civitate Setinæ, quæ septem millibus circiter animabus constat residentiam habuerunt, ac sedulo considerantes, quod pro tempore existentes Episcopi cum majori decore, & commodo, etiam ob aeris salubritatem in prædicta Civitate Setinæ residere possunt, aliisque, etiam de causis, Nobis, ut præfertur notis, & animum nostrum moventibus, motu simili, nulla alia Causâ, aut expressione, seu consideratione habita ex nostra plena, libera, & omnimoda Apostolica auctoritate tenore presentium eandem Ecclesiam Sanctæ Mariæ Setinæ, etiam nunquam Cathedrali extiterit, & etiam si de dicta unione

Novæ erectio Cathedrali Setinæ, ejuſque unio illi Terracinenſi.

facta a dicto Honorio Prædecessore non constet, quatenus opus sit, in Cathedrali n. de novo erigimus, prædictæque Ecclesiæ Terracinenſi æque principali etiam perpetuo unimus.

§.5. Ac erectionem, & unionem prædictas sic de novo, etiam vigore earumdem presentium a Nobis, ut præfertur, factas semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces esse, & fore, & nihil in posterum contra prædictas, ac præsentibus nostras literas quovis modo, & ex quavis causa opponi posse, motu pari, etiam decernimus, & declaramus, præsentibus quoque, & perpetuo validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque Capite, vel qualibet causa, quantumvis legitima, & iudiciali etiam ex eo, quod iidem Moderni, Capitulum, & Canonici dictæ Ecclesiæ Terracinen. aut alterius cuiuscumque Ecclesiæ seu quicumque alii, cujuscumque dignitatis, gradus, conditionis, & præminentiæ sint, in præmissis omnibus, & singulis, & circa ea quomodolibet, & ex quavis causa, ratione, actione, vel occasione jus, vel interesse habentes, seu habere pretendentes illis non consenserint, aut ad id vocati, & auditi, & cause propter quas eadem præsentibus emanarint, adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut jus, vel interesse habentium consensus, aut quolibet alio quantumvis magno, & substantiali inexcogitato, & inexcogitabili, ac speculicam, & individuum mentionem, & expressiorem requirente defectu, sive etiam ex eo quod in præmissis, eorumque alio solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite, a Jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormillimæ, & totalis læsionis, aut quocumque alio colore, pretextu, ratione, vel causa, etiam in corpore Juris clausa, occasione, aliave causa, etiam quantumvis iusta, rationabili, legitima, iudiciali, pia, privilegiata, etiam tali, que ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra, & aliis superius expressis, nullibi appareret, seu alias probari posset notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quocumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu simili concessio, vel impetrato, aut emanato, uti, seu se juvare in iudicio, vel extra posse, neque ipsas præsentibus literas sub quibusvis similibus, gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per nos, & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, & Sedem Apostolicam prædictam, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter ex quibuslibet causis, & sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam si in eisdem presentibus, earumque toto tenore, ac data, specialis men-

Clausula peculiaris.

C

tio